

## Le Bossus Ansicht über die Stellung der Pariser theologischen Fakultät in der Frage De auxiliis.

Von Heinrich Lennerz S. J.

Paul V. hatte seit Beginn des Pontifikates die entschiedene Absicht, die schon so lange Zeit dauernden Kontroversen De auxiliis zu beenden. Anfang November 1605 beauftragte er seinen Nuntius in Paris, sich in unauffälliger Weise darüber zu unterrichten, wie die Pariser Theologen zu dieser Frage ständen<sup>1</sup>. Der Nuntius wandte sich daraufhin an Duval, der ihm mitteilte, er persönlich neige mehr zur Ansicht der Jesuiten, und ebenso viele andere und nicht die geringsten der Universität; aber zwei angesehene Doktoren, die sich jetzt in Rom befänden (gemeint sind de Creil und Le Bossu), hätten immer die Sache der Dominikaner vertreten<sup>2</sup>. Bei einer späteren Gelegenheit erklärte ihm Duval, von den beiden Hauptkollegien der theologischen Fakultät teilten die Theologen der Sorbonne seine (Duvals) Ansicht, während die des Kollegs von Navarra auf Seiten der Dominikaner ständen<sup>3</sup>.

Le Bossu, der sehr auf eine Entscheidung durch den Papst drängte (natürlich im Sinne der Banesianer), erklärte dem Papst, seine Entscheidung würde die Pariser Universität freuen<sup>4</sup>; auf Grund von Briefen, die er aus Paris erhalten habe, versicherte er, die Universität werde sich dem Spruche des Papstes unterwerfen<sup>5</sup>. Wollte man freilich aus diesen Angaben entnehmen, nach der Meinung Le Bossus hätten die Pariser Theologen allgemein oder doch zum größeren Teil zur Ansicht des Bañez hingeneigt, so wäre das ein Irrtum, wie sich aus dem Folgenden ergeben wird.

Kardinal Pinelli hatte dem Papst dargelegt, die ganze Frage sei von großer Wichtigkeit, die Ansichten und Ur-

---

<sup>1</sup> Kard. Borghese an den Nuntius in Paris, 1. Nov. 1605. Siehe bei Fouqueray, S. I., Histoire de la Compagnie de Jésus en France. III (Paris 1922) 80.

<sup>2</sup> Der Nuntius an den Kardinal Borghese, 24. Nov. 1605. Ebd. 80 f.

<sup>3</sup> Der Nuntius an Borghese, 24. Januar 1606. Ebd. 81.

<sup>4</sup> D. Paul Renaudin, Un souvenir des Congregations de auxiliis. RevThom 41 (1936) 385, unter Hinweis auf A. Le Blanc-Serry, Historiae Congregationum de auxiliis. Lovanii 1700, c. 198.

<sup>5</sup> Ebd. 386, aus dem „Nécrologe de l'Abbaye de Saint-Denis“.

teile seien sehr verschieden, und auf das Urteil der Konsultoren allein könne man sich nicht stützen<sup>6</sup>. Darum schlug er vor, die bedeutendsten Theologen in Frankreich, Spanien, Deutschland und an allen Universitäten über ihre Ansicht zu befragen<sup>7</sup>. Den gleichen Vorschlag machte er wiederum in der Schlußsitzung am 28. August 1607<sup>8</sup>. Und der Papst scheint wirklich diese Absicht gehabt zu haben.

Le Bossu schien es durchaus nicht ratsam, das Urteil der Pariser Theologen einzuholen. Die Gründe für diese seine Ansicht sind in einem kleinen Schriftstück zusammengestellt, das sich in den *Collectanea Peñas* (jetzt im Päpstlichen Geheimarchiv), fol. 171 findet<sup>9</sup>. Sie sind in lateinischer Sprache verfaßt und tragen die Bemerkung Peñas: „rogatus dedit doctor Le Bossu Gallus mense oct. 1607.“ Der Text ist nicht nur für das Urteil Le Bossus über die Pariser Fakultät interessant, sondern zeigt neben anderem auch, wie er über die Verurteilung der Sätze des Baius gedacht hat.

### Der neugefundene Text:

B[ossu]<sup>1</sup> cum ex collatione cum. C.<sup>2</sup> percepisset S<sup>umm</sup> D. N. percunctari a multis facultatibus theologicis, ac etiam a nonnullis R<sup>mis</sup> Episcopis, quidnam eis videretur de quaestionibus motis in materia de Auxiliis, apud se voluit accuratius perpendere, Num expediret facultatis Parisiensis postulare sententiam. Tandemque apud se statuit id non esse conveniens. Idque duplici ratione, priori quidem generaliore,

<sup>6</sup> Neque, ut ingenue fatear, pro tenuitate ingenii mei omnes hi DD. Consultores mihi visi sunt inter disputandum adeo insignes ac excellentes theologi, ut tota haec moles iudicio illorum committi debeat. Bei Schneemann, S. J., *Controversiarum de divinae gratiae liberique arbitrii concordia initia et progressus*. Friburgi 1881, 285 nota.

<sup>7</sup> Cum autem nulla praetermittenda sit diligentia in re tam gravi, putarem (quae humillime S. V. dixisse volui) optimum fore si insigniores theologi in toto terrarum orbe eligendi sine strepitu et secreto per litteras consulerentur, tam in Gallia quam in Hispaniis et Germania et in omnibus Universitatibus, quod maxime ostenderet prudentiam et sedulitatem S. V. in re tam gravi, dum consilia undique requirit ad maximam omnium in Republica Christ. determinationem. Ebd.

<sup>8</sup> Ebd. 288.

<sup>9</sup> An anderer Stelle werde ich eingehend über den ganzen Kodex berichten.

<sup>1</sup> Von Peña erklärt: Doctor Lebossu.

<sup>2</sup> Von Peña erklärt: cardinale pinelli.

posteriore magis peculiari, utraque nata ex periculo quod putat inde eminere.

Quod attinet ad priorem, motus idem B[ossu] prioribus exemplis, timet ne iidem qui hactenus non bene consuluerunt per aliqua acta sua honori Sanctae Sedis, procurent etiam nunc sub praetextu huius dilationis, et maioris informationis rem eo redigere, ut multitudine suffragiorum, quae instanter sollicitant esse sibi faventia, totum negotium referatur ad Concilium, quod ideo indicendum esse non dissimularunt illi, qui eorum res procurant: sicque inane et supervacaneum maneat quicquid in et a S<sup>ta</sup> Sede per undecim fere annos gestum est in eadem materia.

Illa acta priora sunt duo: Nempe primum adiunctio earum observationum, quae Auctoris nomine suppresso facta est ad Cassianum Romae editum 1588<sup>3</sup> quibus, inchoatis a censura Gelasii contra eundem Authorem in praeiudicium censurae eiusdem, ita extenuantur propositiones erroneae dicti Cassiani, ut doceantur posse habere bonum illum sensum, quem postea P. Ludovicus Molina sequutus est. Secundum vero est evulgatio illa Bullae Pii V et Gregorii XIII, quam nunquam fuisse iuridice publicatam duo sunt quae demonstrant. Quorum primum est, quod Gregorius XIII nihil aliud concedit quam ut transcribatur seu sumatur unum transsumptum ex Bulla Pii V. Unde apparet nondum illam fuisse a Pio V publicatam. Alioquin quid erat opus ea transcriptione aut licentia ad eam faciendam post tam breve temporis interstitium ab eius publicatione? Concessio vere sumendi unum transsumptum non est iuridica publicatio. Secundum est, ipsa Bullae dispositio seu contextus qui tam parum accurate ordinatus est, ut maior propositionum pars contineat sensum pene inintelligibilem, et in fine contineatur multas ex his propositionibus posse habere bonum sensum, quia revera nonnullae ex eis non nisi cum summo rigore videntur posse condemnari. Imo nec etiam grammaticae leges in eo contextu semper observantur. Nam postquam in exordio Bulla locuta est in plurali numero de his qui falsas propositiones sustinent, et non paucas sine numeri mutatione recensuit, inserit nonnullas quae incipiunt a verbo Dicit, cuius verbi in toto praecedenti contextu nullus reperitur nominativus.

Quod attinet ad posteriorem rationem, timet etiam B[ossu]

---

<sup>3</sup> Muß sich auf die Gregor XIII. gewidmete Ausgabe Romae, Ex Typographia Dominici Basae. Anno 1580 beziehen. Die „Observationes in Ioannem Cassianum“ finden sich dort 712—742.

ne si facultas Parisiensis det sententiam in favorem Molinae, ut probabile est daturam, non ita remaneat disposita ad S<sup>mi</sup> D. N. iudicium complectendum, sicut perseveravit hactenus, idque tam cupiditate defendendae illius sententiae quam tulerit, quam etiam proclivitate ea quae in Galliis antea visa est ad appellandum ad futurum Concilium, si eadem facultas fuerit sollicitata de procurando Concilio ab his qui in hac causa visi sunt illud postulare.

Pluribus vero rationibus inducitur B[ossu] ut credat dictam eiusdem facultatis sententiam futuram in favorem Molinae: quarum potissima est, quod plures ex his doctoribus, qui videntur esse eminentiores, quosque facile secuturi sunt ii qui sunt minus eminentes, instituti sunt a PP. Societatis in rebus theologicis: ex quibus eminentioribus aliqui publice legendo, aliqui etiam subscribendo Thesibus aliquorum Baccalaureorum (qui similiter ab iisdem PP. theologiam ex parte didicerunt) satis declararunt se adhuc eorum PP. doctrinae astipulari. Huc etiam pertinet, quod Decanus eiusdem facultatis (qui etiam aliquos habet sequaces) satis se antea declaravit non esse nimis bene affectum erga Sanctam Sedem, et illum in tali affectu perseverare satis intelliget quisquis resciet illum repulsam passum esse a postulatione Episcopatus ad quem a Rege Christianissimo fuerat nominatus. Omitto alias leviores rationes, quales sunt, quod nullus hactenus ex dicta facultate (quod sciatur) sententiam Dominicanorum publice propugnaverit, et quod PP. Societatis, qui multa (ne dicam omnia pene) possunt quae ad res similes huic de qua agitur pertinent, instantissime sollicitant DD. dictae facultatis ut eos in suam sententiam pelliciant. Id quod non faciunt PP. Dominicani.

Ex quibus omnibus praedictus B[ossu] satis putat probari posse periculosum esse sententiam facultatis Parisiensis exquirere in praedicta de Auxiliis materia.